⁊ eius fame. Nonnulli eorum aie// bant eum fore bonum: aliqui malũ. Item nota ꝙ quamuis homo hono raretur in vno loco. Tamen in alio non: vbi non esset cognit⁹ nec eius virtutes. Figura de Alexandro ma/ gno qui tamen sicut narrat Seneca Cordubensis. quũ audisset a quodã pħo plures mundos esse ait. Uhe mi hi misero: qui nec vno quidẽ suz po tit⁹ honore vel potes sic dicere: ꝙ oĩa que in mũdo sunt appetunt. vt diui/ tie: dignitates: honores. propter ho norem solum appetuntur. Sed in/ ter cetera q̃ habent reddere magnũ honorẽ homini est mors: qr ꝑ mortẽ corporis aĩa recipit honorem a deo: ⁊ a mundo. A celo qr descendũt an geli ⁊ sancti ad aĩaz sibi sociandã ⁊ cõglorificandaz. Unde officio mor/ tuoꝝ cantatur. Subuenite sancti dei Occurrite angeli dñi. Deinde a mun do: videlicet a clericis ⁊ a populis: et sic ꝑ mortẽ magis honorãtur mor/ tui q̃ viuẽtes sicut ait salomon. Me lior est dies mortis: die natiuitatis. Eccle. vij. Ego magis laudaui mor tuos q̃ viuentes. Et ideo merito di xit. Melior ⁊c̃.

¶ Tertio homo natura appetit sci/ entiam. idest scire tanq̃ ꝑfectionez sui esse. Unde philosophus primo Methaphisice. Omnes homines na tura scire desiderant. Legitur de so/ lone qui quum esset in articulo mor tis audiuit disputantes. ⁊ quo meli/ us potuit caput erexit: quumq; in/ terrogaretur propter quid caput ele uasset ait. vt quum perceꝑo id de quo disputatis: letior moriar. Un/ de Gregorius nazanzenus in apolo gia ait. Optabile mihi est ⁊ perfectuz vsq; ad vltimum discere. Unde qui/ dam philosophus dixit. si alterum pedem in fouea haberem adhuc di/ scere vellem. Sed ad scientiam per/ fectam non potest anima peruenire nisi per mortem. vt inquit apostolus scdo Corinthi. xiij. Nunc cognosci/ mus per speculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Et ideo me/ lior est mors q̃ vita ⁊c̃. Et hoc soluz intelligitur de bonis ⁊ iustis. qui vir tuose in hac vita vixerunt. Ideo de istis dicitur. Ezechi. ij. Uita viuet ⁊ non morietur. Sap̃. v. Iusti autez in perpetuum viuent: ⁊ apud dominuz est merces eorum. Et quia in christo viuit ⁊ quiescit. Ideo vos parentes eius ⁊ cognati ac amici eius non de/ betis dolere de eius morte. Quoniã preciosa est in ꝯspectu domini mors sanctorum eius. Et si presens defun/ ctus posset loqui: vere exprobran/ do: lugentibus diceret. illud quod scribitur Luce. xxiij. Filie hierusalez nolite flere super me: sed super vos ⁊ super filios vestros. Consolami/ ni ergo secum in domino dicentes. Melior est mors q̃ vita: ⁊ sic ille fa/ ciat vobiscum misericordiam suam qui viuit ⁊ regnat in secula seculo/ rum. Amen.

Sermo xxiiij.

b **Eneom**

nia fecit. Mathei. vij. Se/ cundum sententiam ⁊ doctrinã phi/ losophi. Diuerse cause habent diuer sos effectus. Nam homo generat ho minem: oliua oliuam ⁊c̃. Et si causa est bona: generat bonum effectum: ⁊ mala malum effectum. Unde Ma thei. xij. ait ipse saluator. Bonus ho/ mo de bono thesauro cordis sui pro fert bona. hanc etia z sententiam ha bemus. Mathei septimo. Nõ potest arbor bona malos fructus facere: neq; arbor mala potest bonos fru/ ctus facere ⁊c̃. Quum igitur homo iste enim fuerit bonus in vita sua: ⁊ bonam vitaz duxerit: sequit ꝙ bona

opera fecerit: sicut dicit verba ꝓposi
ta. Bñ oia fecit. In qbus verbis duo
tanguntur de hoc homine.
¶ Causa operationis.
¶ Causa delectationis.
¶ Quantũ ad primũ sciendũ est ẞm
phm: ꝙ finis mouet semp agentem.
Exemplũ victoria que est finis belli:
mouet exercitũ ad pugnanduz. Silr
mouet habitatio q̄ est cā qua fiat do
mus magisteriũ ad faciendā domũ.
Quũ pncipiuz in opabilib⁹ sit bonũ
& assecutio talis boni sit finis ꝓpter
qđ oia appetũt bonũ: hic est ꝙ vnus-
qsqꝫ mouet ad operāduz bonuz siue
apparēs siue existēs bonũ eniz appa
rēs tm̃, adeo est deceptiuũ sicut ē bo
nũ tēporale qđ delectat mltos. Et iō
multos decipit. Nā auar⁹ appetit bo
nũ pecunie: & in ipsa ponit finem ac si
esset pfectũ & vltimũ bonũ. Luxurio
sus appetit voluptates. Supb⁹ hono
res & dignitates: sꝫ qꝛ tales a tali ap-
parēte bono decipiunt. iō arguit eos
Gre. d. Momētaneũ est qđ delectat
eternũ vero qđ cruciat. Silr sapiens
hec plenissime intelligens. Prouer.
xiiij. ait. est via que videt hoi iusta:
nouissima aũt ei⁹ deducũt ad mortē
Bonũ autē veꝝ est ipse de⁹ q cōtinet
oē bonũ extra quē nō est bonũ. Hoc
bonũ cognouit Philippus: quũ di-
xit ad xp̄m. Dñe oñde nobis patrez
& sufficit nobis. Est eniz de⁹ tale bo-
nuz: qđ bñ sufficit habēti. Immo hꝫ
replere & saciare oia in quo est. Uñ
qdā sctũs Ni. fallor. Aug. ait. Ualde
auarus est cui non sufficit de⁹. Istud
eniz bonũ debet mouere ad bñ ope-
randũ: qꝛ qñ aliqs expectat recipere
aliquaz magnam remunerationem
pro labore suo ille labor nō ē sibi gra
uis: sed patiēter portat. qꝛ dicit Gre.
ꝙ cōsideratio premij minuit vim la-
boris. Exemplũ de Iacob. qui serui-
uit patruo suo Loth septē annis pro
Rachel & videbantur illi dies pauci
pre amoris magnitudine. Gen. xxix.
Sic spiritualiter loquendo. quando
aliquis homo. Sanctus considerat
remunerationem & gloriā paradisi: q̄
veris fidelibus est promissa & prepa
rata: qcqd laboris vigiliarũ & absti-
nētiaꝝ ieiunoꝝ infirmitatũ & hmõi
patitur totum patienter portat pro-
pter spem quaz hꝫ ad illa delectabi-
lia supernoꝝ. Et hec est causa quare
iste libenter ieiunabat: ibat alacris &
libenter ad ecclesias: elemosynas fa
ciebat. Sciebat quidē mensam eter-
ni conuiuij sibi preparataz. Sciebat
insuper ꝙ ad illas epulas erat inuita
tus: iuxta illud Luc. xiiij. Ubi ait do-
minus nuptiaruz. Omnia parata sũt
venite ad nuptias. Et ideo in hora fe
licis exitus sui potuit pius & miseri-
cors deus dicere illi: quod dixit ami
co suo Moysi. Exo. 33. Ueni osten-
dam tibi omne bonum. ¶ Scđz qđ
de hoc homine considerare habem⁹
est causa dilectionis. Pro cuius de-
claratione sciendũ est ꝙ quanto ser-
uus studet facere voluntatē domini
sui: & plus sibi placere: tanto magis
ab ipso domino suo diligitur. Unde
salomon Prouer. xiiij. Acceptus est
regi minister intelligens. Ita ad pro
positũz sint. Quanto magis aliquis
studet facere voluntatez domini no
stri Iesu xp̄i: Tanto magis est acce-
ptus illi: etiam magis in amore con
iunctus. Quod autem hoc sit veruz
ipse auctor veritatis ꝓbat Mat. xij.
Quicũqꝫ fecerit volũtatē. p. m. q. i. c.
est ipse me⁹ frater: & soror: & mater ē
Magna est dignitas esse frater vni⁹
Ducis. Regis. Marchionis. Impe-
ratoris. sed per adimpletionem vo-
lũtatis diuine multo gloriosior & di
tior efficit: qꝛ filius adoptiōis Regis
& Imperatoris fit iesu xp̄i: & qꝛ hic
studuit facere eius voluntatem: ideo
credendum est ipsum in celo cum eo
gaudere. Amē. Sermo xxiiij.

m **Odicum**

plora sup mortuũ. Eccle. xxij. sũt ali‑
q̃ ita vltra modũ ⁊ iordinate diligẽ‑
tes filios vel ꝓpiquos ⁊c. ꝙ qñ mo‑
riãtur irremediabilr plorãt ⁊ vix cõ‑
solationẽ recipiũt: sed dicũt quodã‑
modo id qđ hẽtur. Geñ. xxxvij. De‑
scẽdã ad filiũ meũ lugens in infernũ
Ut ergo hij a tali amaricabili fletu
reuocentur duas notabiles conside‑
rationes declaro.
¶ Pria ꝯsideratio diuine volũtatis.
¶ Scđa ꝯsideratio diuine largitatis.
¶ Quãtum ad primum dico: ꝙ con‑
sideratio diuine voluntatis facit mo‑
dicum plorare super mortuum. De‑
bemus nanq̃ esse concordes cũ di‑
uina voluntate ſm sentẽtiã docto‑
rum ⁊ theologicoꝝ ⁊ iusticiarum. in‑
ter quos est. s. Tho. in questionibus
de veritate: q. xxiij. ar. viij. ⁊ in pmo
sentẽtiaꝝ dist. xlviij. ar. pmo. Hẽtur
ẽt in decretis. xiij. q. ij. cap. q̃ prepo‑
sterum vbi dicit Ciprianus: qđ ppo‑
sterum est q̃ peruersũ vt quũ dei vo‑
luntatem fieri postulamus: qñ euo‑
cat nos: ⁊ accersit de hoc mundo nõ
statim voluntatis eius imperio pa‑
reamus: sed obnitimur ⁊ oblucta‑
mur: ⁊ more seruoꝝ ad cõspectũ do‑
mini cum tristicia pducimur: ⁊ volu‑
mus ab eo pmijs celestibus honora‑
ri: ad quẽ venim⁹ inuiti. Idipſũ quoq̃
Señ. itellexit ꝙ parẽdum sit volũta‑
ti dei q̃ scribẽs ad lucillũ sic ait. Pla‑
ceat homini qcq̃d placet deo. Quũ
igitur volũtas diuina sit pma ⁊ sum‑
ma causa omnium que fiunt in hoc
mundo cuius alia causa querẽda nõ
est scđ3 magistrũ sentẽtiaꝝ: loco pri‑
mo di. xlv. Et scđ3 beatũ Tho. prima
parte. q. xix. ar. iiij. Quare ergo de‑
bemus contristari si deus voluit vo‑
care ad se filium tuum: vel quẽlibet
alium: vnde nota. ꝙ Aug. ait li. đ ve‑
ra religione: qui pfecte deum diligit
nõ affligit̃ morte alicuius. De⁹ autẽ
est dñs viuoꝝ atq̃ mortuoꝝ. Uerũ
est ꝙ possum⁹ aliquantulum flere in
morte amicorum: sed non multum
contristari: ex quo deo sic placitũ fu‑
it: vnde Hyero. de verbis pauli de
morte filie sic ait. Bon⁹ est de⁹ ⁊ om‑
nia que bon⁹ facit bona sint: necesse
est: mariti orbitas irrogatur: plango
quod accidit: sed quia deo sic placet
equo animo sustineo. vnicus raptus
est filius durum quidẽ sed tolerabi‑
le: quia hunc ille sustulit qui dederat
hec ille. neq̃ enim per planctum no‑
stros possumus mortuos suscitare
Et iđ fatuũ est. Hanc rationẽ allega‑
bat Dauid. ij. Reg. cxxij. Quũ filius
sibi charissimus lãgueret flebat: nec
capiebat cibũ. Quã aũt mortu⁹ fuis‑
set comedit vestiuitq̃ se vestib⁹ rega‑
libus: ⁊ consolationem accepit. Cui
quũ serui admirãtes de hoc dixissent
quum infans viueret: ieiunabas ⁊c.
respondit. quum adhuc viueret ieiu‑
naui ⁊c. Dicebam quis enim scit si
forte eum donet mihi dominus: nũc
autẽ quia mortuus est: quare ieiu‑
no. Nunquid potero eum ampli‑
us reuocare. Ego vadã magis ad
eum. Ille vo non reuertetur ad me
⁊ cõsolatus est Dauid. Nos enĩ si nõ
possumus penetrare voluntatem di‑
uinam: vt illã intelligamus: quare
faciat istũ mori: ⁊ illũ viuere: debe‑
mus: tamẽ scire ꝙ bñ oĩa disponit: ⁊
sapiẽter: qꝛ ſm Aug. sepe offenditur
deus ne offendatur amicus. Ideo di‑
spositiõe diuina sepe cõtingit: vt filij
qui nimis carnaliter diliguntur sub‑
trahãtur quatenus affectiões nostre
libentius in deum transferantur.
¶ Secundũ ꝙ cessare facit ⁊c. est cõ‑
sideratio diuine largitatis: quã nob
preparauit post hãc miserabilem vi‑
tam. Dum enĩ hic sumus subiecti su

mus multis miserijs ⁊ afflictionib⁹:
⁊ verā qetē hr̄e nō possum⁹: vn̄ Aug.
de visitatōe infirmoꝝ dicit. Quis nu
merare posset pn̄tis vite molestias.
Esurire sitire calere algere lassari ⁊ i-
numerabilia que ex ip̄a cōsuetudine
nobis domestica sūt: deniq̄ʒ cū auda
cia pnūcio: q: ꝑncipiū vite hominis
initiū doloꝝ est: ⁊ iō hō moriēdo fit
de seruo dn̄s: cert⁹ de dubio de mise-
ro beat⁹. Istud nō ignorauerunt phi
antiq: q̄ in ortu pueroꝝ flebāt: i mor-
te gaudebāt significātes: ꝙ hō ad la-
borem nascitur: ad regeʒ aūt morit.
Et ideo modicum ⁊c.

Sermo vigesim⁹ quintus.

ſ

Piritus

eleuauit me: ⁊ adduxit in hierusaleʒ.
In visiōibus dn̄i. Ezechiel. viij. Sētē
tia est angelici doctoris ⁊ scrutatoris
secretoꝝ dei. s. Tho. xxij. q. clxxv. ar.
ꝑmo ad secūdū ꝙ ad dignitatē hois
ptinet: ꝙ ad diuina eleuet: ex hoc ip̄o
ꝙ hō factus est ad imaginē dei. Hoc
eni ip̄e nō potest per ꝓpriaʒ virtuteʒ:
sed p grāʒ dei. Vn̄ subdit. s. doctor rō
nē. d. q: bonū diuinū excedit in īfini-
tum facultatē humanā: iō idiget ho-
mo vt supnaturaliter ad illud bonū
capescendū adiuuetur ꝙ fit p q̄dcūq̄ʒ
bn̄ficiū grē dei. hec ille. Quū igit iste
fuerit deo vnitus p grāʒ: vt credim⁹
fuit a spiritu dei eleuatus: ⁊ potuit di
cere in hora transitus sui. cum Eze.
spiritus ⁊c. ad duo videnda.

¶ Primū nature sue pulchritudineʒ.
¶ Scōm oipotētis dei maiestatē.
¶ Dico ꝑmo ꝙ aia istius est eleuata
ad vidēdum suā ꝓpriā pulchrituinē.
Quādiu eni aia nr̄a ē circūdata hoc
mortali corpore nullo mō pt videre
suā pulchritudinē: q: qcqd videmus
opʒ p organum corpale videre q̄d est
mō terrenū corpale ⁊ vile ⁊ obscurū

Sed post quū aia liberatur a corpo
re mortis huius: statī intelligit suaʒ
pulchritudinē: que trāscēdit oēm for
mositatē mūdi huius: vnde ar. ꝑmo
ethi. Bona aie sūt maxime bona. Et
vij. Poli. Bonū anime ꝓciosius ē oi-
bus bonis. ⁊ Aug. in libro de quali-
tate declarās aie decorē ait. Quēad-
modū fatēdū est aiaʒ humanā nō eē
q̄d deus ita ꝓsumendū est: nihil inter
oia que creauit de⁹ ipsi deo eē ꝓping-
us: ⁊ iō Dauid cōtēplando cur in ob
scuro aiam suā quātis bonis eēt do
tata exultans spū ait. Venite ⁊ vide-
te oēs qui timetis deū quāta fecit ani
me mee. ps. lxvij. s. quot dōis eā deco
rauit quot potētijs quot virtutibus
⁊ ornatu: ⁊ hoc est q̄d dicit dn̄s ipse
loquēs ad aiam rōnaleʒ. Ezech. xvi.
Unxi te oleo ⁊ vestiui te discolorib⁹
⁊ calciaui te iacincto. ⁊ cixi te bysso
⁊ idui te subtilib⁹ ⁊ ornaui te ornamē
to. Nō credatis ꝙ isti ornatus aie sint
ex vestibus materialib⁹ q: aia nō vti
tur talib⁹ ornamētis: sʒ spūalib⁹ ⁊ di-
uinis donis que animā faciūt splēdi
dam ⁊ corruscātē plus cūctis syderi
bus. Quapropter quum iste viderit
nūc tātā formositatē nō est plorādū.
¶ Scōm spūs dei ⁊c. Ad vidēdū lu
men eternū ⁊ splēdorē oipotētis dei
in quē cōtinue desiderāt angeli cōspi
cere est ista conclusio in thelogia ap-
probata p fidē. ꝙ aia rōnal' exn̄s de
corpe sine macula peccati statim cō-
iungitur deo ⁊ p gratiā ⁊ per beataʒ
fruitionē. ⁊ videt ⁊ cōtemplatur na-
turā ⁊ essentiā magni dei. Et hoc ē ꝙ
declarauit Jo. in ꝑma epistola. ca. iij.
Dicens videbimus eū facie ad f. sicu
ti est. Uidere eni deū sicuti est. est vide
re deū essentialiter ⁊ nō per visioneʒ
imaginariā vel fantasticā sicut expo
nunt doctores ⁊ maxime Tho. pria
parte. In qua q̄dē visione diuina ꝑn
cipaliter cōsistit tota felicitas: ⁊ gau
dium beatoꝝ: q: ip̄a est summū bo-

num ꝛ solũ essentiale bonũ qꝺ ab oi bus desideraꝭ sicut fateꝭ Arist.j.ethi. bonũ oia appetũt hinc ẽt Ansel.cõtẽ plãdo illã ieffabilẽ eẽntiã diuinã exci tat aiam suã.d.Excita te nũc qſo aia mea ꝛ erige parũper totum intelle ctum tuũ:cogita quãtũ potes quale: ꝛ quãtũ sit illud bonũ:si eni singula bona delectabilia sũt cogita quãtuꝫ sit illud bonũ qꝺ cõtinet oia bona nõ qualiter in rebus creatis expiris:sed tãto differẽter quãto differt creatoꝛ a creatura.si enĩ est bona vita creata: ꝙ bona ẽ vita creatrix. Deniqꝫ si ma gne ꝛ multe sint delectatiões in reb⁹ delectabilibus:quãta ẽ delectatio in illo q fecit illa delectabilia:ꝛ qꝛ h̄ no ster. N. vixit virtuose ꝓm ꝙ fuit mihi facta relatio. hic narra ṽtutes ꝛ vitã quum ergo bñ vixerit merito dicere põt verba in pncipio sermonis assũ pta spũs eleuauit me: ꝛ adduxit i hie rusalẽ in visionibus dñi ad videndũ .s.aie mee pulchritudinẽ ꝛ oipotẽtis dei maiestatẽ ad quã ꝛc. Amẽ.

Sermo vigesimo sexto.

n Obilis abijt in regionem lõginquã accipe sibi regnũ. Luc.xix. Presens vita sicut expiẽtia ipa mater rex demonstrat est tota plena angu stijs ꝛ afflictiõibus. vñ Salomõ hec ex corde cogitãs: quãuis plus oibus pncipibus afflueret diuitijs q̃ h̄ pos sũt hũ ait eccle.i. Ego ecclesiastes fui rex in hierusalẽ ꝛ ꝓposui in aio meo querere ꝛ inuestigare sapiẽtia:de oi bus que fiũt sub sole ꝛ ecce vniuersa vanitas ꝛ afflictio spũs. quapꝛopter quilibet sapiẽs itnẽdo istas miserias abũdare deberet quantũ põt saltẽ in animo istum mũdũ relinquere ꝛ ad aliã pinguioꝛẽ trãsire. scꝫ ad patriam beatã sicut fecit iste de quo ait the ma nostrũ. Et de quo possumus ver ba ꝓmissa dicere. Nobilis ꝛc. Dupli ci ex causa hic est laudandus.

¶ Primo ex sanguinis nobilitate.

¶ Scđo ex moꝝ honestate.

¶ Dico ꝓmo ꝙ iste est laudãdus ex nobilitate sanguinis vel parentele. Est eni sententia Crisosto. sup math. ꝙ nobilis dupliciter consueuit: vno modo qs diciꝭ nobilis qui est legiti me natus ex patre nobili: sed in seipo est viciosus talis est nobilis nuncu patiue tñ: qꝛ ꝓm famam vulgi insi pientis. Nam apud vere sapientes ta les vitiosi minime nobiles sunt quia amittunt suã nobilitatẽ ex vitiosa vi ta ipoꝝum sicut innuit ꝓpheta in. ps. xlviij. Homo quum in hoꝛe esset nõ intellexit: ideo ꝓpter eius peccatũ cõparatus est iumẽtis insipientibus ꝛc. Et ideo postq̃ perdidit suam di gnitatem per peccatum deus eiecit illum de paradiso ꝛ tanquam vilem deputans dixit in sudoꝛe vultis tui. u.p.t. Istis etiam egregie loquitur Lact.li.y. De institu. repꝛehẽdendo.d. Homines ꝛ nominis sui ꝛ rationis obliti oculos suos ab alto deijciunt Ille nobis vultum sublimen dedit: vos in terram curuamini tanq̃ vos peniteat non quadrupedes esse na tos. Dum enim miseri volutamini: quum deoꝛsuꝫ queritis: quod in sub limi querere debuistis. Isti cadunt de dignitate sicut fulgur de celo co ruscans Ouidi.meth.j.pronaqꝫ ꝛc. Querit philosophus.iiij.metha. quũ sit quod fulgur compositũ sit ex va poꝛe igneo ex magna parte sui: ꝛ de natura ignis sit ascendere: quare ad ima descendat ꝛ non magis ascen dat. Et respondet quod hoc accidit qꝛ habet secum modicũ vaporis ter re: cuius naturam magis sequiꝭ: cuꝫ strepitu ꝛ fetoꝛe sic fatui multi. Nam nobilioꝛẽ ꝑtem.s. aiãm sequi debe rent: cuius natura est sursum ascen dere: sed miseri vilioꝛem ꝑteꝫ.s. coꝛ

pus sequuntur implicando se vitijs
carnalibus. Ideo subito cum strepi/
tu ad infima inferni descendũt: sicut
attestatur ꝓpheta in .ps. ix. Perit me
moria eoꝝ cũ sonitu ⁊c. ¶ Secũdo
ex moꝝ honestate. Dicit. n. Cri. Ubi
supra ꝙ nobilis scḋo modo dr: q est
natus ex parẽtibꝰ bonis in dignitate
cõstitutis: ⁊ est virtuosus: ⁊ isti vir/
tuosi dicũtur nobiles ꝓprie. Hꝫ autẽ
nobilitas ẜm sapiẽtes singularẽ pro
prietatẽ ⁊ inclinationẽ ad bene ⁊ ho
neste viuendũ: vnde narrat scriptu/
ra .ij. Macha. vi. de illo nobili scriba
Eleazaro, ꝙ potius voluit mori quã
subditus esse peccatoribus. Domi/
nus ẽt Albertus magnus in suis pol
liticis ait ꝙ adolescẽs quidam nobilis
fuit captus a barbaris. ⁊ cogebatur
facere opa seruilia: ⁊ puer ex nobili/
tate animi talia ferre nõ valẽs caput
fregit in muꝝ ⁊ mortẽ petiuit ⁊ in fi
ne cõstitutus ait. Nõ seruiã: nõ serui/
am. Et quid de illo nobili pñcipe re
ge francoꝝ Ludouico dicemus q ita
nobiliter vixit: q nunꝗ̃ ꝑ aliqḋ pec/
catum mortale diabolo seruiuit: qa
qui facit peccatũ seruus est peccati.
Et dicebat filijs: ꝙ potius eos vellet
videre mori. quã aliquando peccare
mortaliter. O quã sunt laudãdi tales
nobiles apud deũ ⁊ apud homines:
qr ⁊ si nobiles sunt nobiliter viuũt.
Unde Diogenes phs. Nobilitas ho
minis mẽs. ⁊ deitatis imago. Nobi/
litas hominis virtutũ clara ꝓpago.
N. h. diuinũ colere cultũ. N. h. ad ce/
lum tollere vultũ. N. h. aĩum refrena
re supbum. N. h. nature. Iura tenere
N. h. nisi turpia nulla timere. Et qua
re multi cadunt in peccati spurcitiã
nisi ꝙ nõ respiciũt ad suã generosita
tem: quod si aspicerẽt raro vel nũꝗ̃
peccarent. quum igitur iste. N. fuerit
nobilis genere: ⁊ eius etiã parentela
declarat nobilior moribus ⁊ hone/
state: merito erat iste a nobis hono/
randus: sicut nũc credimus honora
ri ab angelis in vita eterna. Amen.

Sermo vigesimo septimo.

t

Tolle ani

mam meã. iij. Reg. xix. Nõ est dubiũ
ꝙ si volumus inuestigare naturas re/
rum creataꝝ in pꝛima fronte: hec locu
tio sancti ꝓphete Helie videtur pau/
lulum extranea: ⁊ ipse propheta vi/
debitur nobis cõtrarius: ⁊ oĩbus re
bus. qm̃ oẽs res animate naturali/
ter fugiunt mortẽ ⁊ faciũt de vltima
potẽtia ne pereant: ⁊ incipiẽdo a re/
bus animatis aĩa rationali: sicut est
homo videmus per experiẽtiã: ꝙ ho
mo vt euadat mortem: ponit millies
i die si opus est corpꝰ ꝓpriũ inter lan
ceas ⁊ enses: ⁊ vt recipiat vitam cor
poralem abijcit ⁊ respuit quicquid sub/
stantie hꝫ: quod patet quãdo sũt isir
mi. Pellẽ enĩ pro pelle ait. Job. ij. Et
cuncta que possidet dabit homo pro
anima sua. Uidemus quoqꝫ aĩatas
res anima sensitiua: vt bruta fugere
naturaliter mortẽ ⁊ naturaliter fuge
re illos q volũt sibi inferre mortem.
Agnus videns lupũ fugit lupus leo
nẽ. Musca colũbã colũba accipitrẽ.
pulli miluum lepus canẽ qr natura/
liter cognoscunt esse sibi infensos: ⁊
hostes. similiter animatas anima ve
getatiua: sicut arbores herbe plan/
te. ꝙ ꝓpter conseruationẽ suã nitun/
tur celare radices sub terra: in quibꝰ
consistit earum vita. ⁊ hoc est ꝙ di/
cit Boetius i tertio de conso. psa. xi.
Omne nanqꝫ animal tueri salutẽ ni/
titur ⁊ laborat. mortẽ vo pernitiẽqꝫ
deuitat. sed noster ꝓpheta Helyas in
psona cuiuslibet iusti vadit querẽdo
mortẽ ⁊ clamat omnipotẽti deo: ꝙ
velit tollere aĩam suam a corpore ꝓ/
pter vnã causam rationabilẽ: ⁊ ista
causa est possessio omnium bonoꝝ

Pꝛo cuius declaratione ſcienduꝫ eſt
ꝙ in hac vita nō ē pſona. que poſſit
dicere. Ego hēo vitā bonā ⁊ nihil de
eſt mihi. Ego ſum contentus qm̄ qui
poſſidet vnū bonū: non poſſidet alte
rum. Et multotiens ſi qs hꝫ vnuꝫ di
em bonū: hꝫ mille malos. Et hoc eſſe
verū atteſtaṫ. Boetius. 2. de cōſ: Pꝛo
ſa. iiij. Anxia enim eſt res humanoꝝ
cōditio bonoꝝ vt q̄ vel nunquā tota
ꝓueniat. vel nunquā ꝑpetua ſubſiſtat
Huic cēſus exuberat. ſꝫ ē pudoꝛi dege
ner ſanguis. Hūc nobilitas notū fa
cit. ſꝫ anguſtia rei familiaris mallet
eē incluſus ⁊ ignotus. Ille vtroqꝫ cir
cūflu᷒ vitā celebꝛē defleṫ: Ille nuptijs
felix. oꝛbatus liberis alieno cenſum
nutrit heredi. Alius pꝛole letus. filij
filieue delictis meſtus illachꝛymat.
Jccirco nemo facile cuꝫ foꝛtune ſue
conditione cōcoꝛdat. Ineſt enim ſin
gulis qđ inexpertus ignoꝛet: quod ex
pertus exhoꝛreat: hec iſte. Sed ecōtra
in alia vita. Perſona hēbit omne bo
num. poſſidebit oē bonuꝫ: qm̄ poſſi
dēdo ſummum bonū ipm fontē oīs
boni: poſſidebit oīa alia bona crea
ta. Atteſtante. Ber. qui ait in medita
tionibus. Ibi habemus deū. q̄ ē ſum
mū bonū: ſumma felicitas. ſumma
iocunditas. ſumma libertas. perfecta
charitas. eterna ſecuritas. Ibi ē vera
leticia: plena ſcientia omnis plenitu
do. ⁊ omnis beatitudo. Eſt ibi pax.
bonitas. pietas. lux. virtus. honeſtas
gaudia. leticie. dulcedo. vita peren
nis: gloꝛia. laus. requies. amoꝛ ⁊ cō
coꝛdia dulcis. Ipſe deus placet. ⁊ ꝓ
pter ſe ſufficit ad mercedem: ſufficit
ad pꝛemium. Nec extra illū aliquid
aliud eſt: nec queritur: qꝛ totū in illo
inuenitur: quicquid deſideraṫ hec ille
Hec enim cōſiderās hō iuſtus: his il
lectus infeſtat cum pꝛopheta Helya
omnipotentē deū. dicendo continue,
Tolle animam meā. Quapꝛopter ſi
nos volumus chariſſimi virtutes ⁊
bonas operationes huius noſtri. N
cōſiderare: qui moꝛtuus eſt: ⁊ quō i
fine cū gratia dei confeſſus eſt ⁊ cōi
catus: ⁊ quā deuote acceperit oīa ſa
cramenta eccleſie poſſumus firmiter
tenere: ꝙ fuerit de numero hoꝛū ho
minū: qui cū helya querūt trāſire ex
hac vita ⁊ valle miſerie ituri ad illā.
vbi ē oē bonū: xp̄s q̄ eſt bn̄dictus in
ſecula ſeculoꝛū. Amē. Ser. xxviij.

e **Stote pa**

rati. Matth. xxiiij. Uel Leui. xij. Deſi
derans miſericoꝛs deus continue ſa
lutē noſtrā. ⁊ videns ꝙ nunquaꝫ co
gitamus de moꝛte. ⁊ non cogitando
non facimus aliquam pꝛeparationē
nec aliquod bonum recolit nobis in
pꝛeſentiarum noſtram ſalutem. Di.
the. pꝛeaſſumptum. Eſtote ⁊c. Di
ſcurrens ſacrā ſcripturā inueſtigāſqꝫ
p illā inuenio. ꝙ quilibꝫ dꝫ ſtare ꝑpa
ratus expectādo moꝛtē pꝛopter tria.
¶ Pꝛimū eſt tp̄is moꝛtis icertitudo
¶ Scōm eſt loci moꝛtis incognitio.
¶ Tertio eſt modi moꝛtis ignoꝛatio
¶ Pꝛima ergo cauſa: quare debem᷒
ſtare parati: eſt incertitudo tempo
ris moꝛtis. Eſt enim moꝛs incerta q̄
tum ad tempus. Non enim vel fuit
vnquam aliquis in hoc mundo tam
iuſtus aut ſanctus qui ſue potuerit
certe ſcire terminū vite: niſi per reue
lationē diuinā. aut i qua etate debeat
moꝛi vel in fantia. vel pueritia: vel i iu
uētute. vel i ſenectute: vel i eſtate: vel i
hyeme. Et hoc ē qđ dꝛ. Job. xxxij. Ne
ſcio q̄diu ſubſiſtā. ⁊ ſi poſt modicū
tollat me factoꝛ meus. Et ꝓpter hoc
chꝛiſtus ammonebat diſcipulos ſu
os. d. Matt. xxv. Uigilate: quia neſci
tis diem neqꝫ hoꝛam. Et rō eſt quare
eſt ita occultum homini tempus vi
te ſue: ⁊ moꝛtis. ſecundum Auguſti.
Ut hō ſemper dubitando de moꝛte

semper inueniatur paratus in hac
vita ad mortẽ. Vñ dicit in quadam
epistola. Nescis qua hora mors veni
at. semꝑ vigilia. vt quũ venerit para
tũ te inueniat. Latet vltimus dies. vt
obseruent oẽs dies. Sero parantur.
remedia quũ mortis imminẽt ꝑicu-
la. Itẽ sup ꝑs. ci. Ne desperatõe hoies
peius viuerẽt. ꝓmisit xp̄s portũ idul
gẽtie. Et ne in ea spe venie peius viue-
rent: fecit diẽ mortis incertũ. Prudẽ
tissime vtrũqꝫ cõstituẽs: ⁊ reuerten-
tes quo rapiant: ⁊ differẽtes quo ter
reant. Ergo iã bene viue. Cras inqs
bñ viuã. Indulgẽtiã tibi deꝰ ꝓmisit:
crastinũ diẽ nemo tibi ꝓmisit. Si he
ri male vixisti: bene iam viue hodie.
Stulte hac nocte auferet a te anima
tua. Nõ dico q̃ ꝑparasti cuius erunt.
sꝫ ꝑm ꝙ vixisti vbi eris. Et hoc ip̄m
dr̄ de pe. di. vij. cap. si qs positus ⁊c.
Quũ igit tp̄s mortis incertuꝫ sit: oi
hora estote parati. ¶ Secũda causa
quare q̃libet ꝑsona dꝫ stare parata: ẽ
loci mortis incognitio. Vñ dr̄ ꝓuer.
x. Nesciũt hoies vbi corruãt. nesciũt
enim an debeãt mori in terra: an in
mari: in domo: vel in agro: vel ĩ ciui
tate ⁊c. Et hoc nõ fecit ob aliam cãꝫ
eternus deꝰ: nisi vt hõ cognoscat su-
am virtutẽ. suã potẽtiã suũ brachium
esse vbiqꝫ. ⁊ cognoscẽdo: vbiqꝫ eum
timeat. Unde de seipso dicit. ps. cx-
xxviij. Quo ibo a spũ tuo ⁊c. Usque
dextera tua. Postq̃ igit locus mor-
tis nostre ẽ ita incertus: debemus fa
cere sicut ille q ꝑdit aliquã rẽ: q ẽ cer
tus ꝙ res ꝑdita est in aliquo loco: et
tñ qꝛ nescit: quis sit ille locus: querit
in oi loco. Sic ⁊ nos: qꝛ nescimꝰ lo-
cum mortis nostre: debemꝰ in oi lo
co esse parati: expectãdo ip̄am. Et h
est ꝙ dicit Seneca ad lucillũ. Incer-
tũ est quo loco mors te expectet: tu
vero eã in oi loco expecta. Et. B. in
meditationibus. Certũ ẽ ꝙ morieris
incertum ẽ quo: aut qñ: aut vbi: qm̃

vbiqꝫ mors te expectat. Tu quoqꝫ si
sapiens es: eã vbiqꝫ expectabis. Esto
te ergo parati. ¶ Tertia cã quare dꝫ
q̃libꝫ eẽ paratꝰ: ẽ modi mortis igno
ratio. De hac cã loquit. Eccle. ix. Ne
scit finẽ suũ hõ: sꝫ sicut pisces capiun
tur hamo: ⁊ aues laqueo. sic capiun
tur hoies in tp̄e malo. nescit enim si
moriat in gr̃a vel in pctõ si diues: vel
pauꝑ: sanus: an infirmꝰ ⁊c. nec etiaꝫ
scit hõ q̃uo erit eiꝰ finis: qm̃ alij com
burunt: alii suspẽdunt: nõnulli deca
pitant. aliqui suffocant. aliqui fame
occũbũt. ⁊ siti. q̃dã in carceribꝰ. qui-
dã ferro. q̃dã peste. q̃dã gelu. quidaꝫ
estu. Et hmõi similibꝰ. Vñ ait Prosp
Ferro. peste. fame. viclis. algore. ca-
lore. Mille modis miseros mors ra
pit vna viros. Et sic varij sunt euen-
tus. ⁊ modi mortis. ⁊ ignoti fines.
Et rõ huius incertitudinis ẽ. vt hõ co
gnoscat ip̄m deũ eẽ dñm mortis. Ui
demꝰ eni qñ aliqs hꝫ dominiũ alicu
ius rei. vtitur ea re: vt vult. Exẽpluꝫ
si quis haberet vnũ equũ vteret eo
quum liberet. aliqñ equitãdo. aliqñ
portãdo ligna. ⁊ hmõi. Sic ⁊ eternꝰ
deus. quũ sit dñs mortis. vtit pluri-
bꝰ: ac varijs modis mortis. Qđ ap-
te ostẽdit in suis martyribus: sicut re
citat aposto. Hebre. xi. Alij aũt distẽ
ti sunt non suspientes redemptioneꝫ
vt meliorem inuenirent resurrectio-
nem. Alij vero ludibria experti: insu
per ⁊ vincula ⁊ carceres. Lapidati
sunt sauciati sunt. in occisione gladij
mortui sunt ⁊c. Qua propter estote
parati vt cum venerit dominus. i. ip̄a
mors. que ad nutum dñi venit. ⁊ pul
sauerit ianuam cordis vestri confe-
stim aperiatis ei: sine timore impeni-
tentie. Que fuerũt verba assumpta.
Pensando ⁊ enim cõtinue amicus
⁊ charissimꝰ noster. N. hãc incertitu
dinem mortis quãtum ad tempus.
locum ⁊ modum: sicut homo sapi-
ens ⁊ prudens studuit continue pro

posse suo stare paratus meditationibus. virtutibus ⁊ bonis opib⁹ suis. Hic narra vitam. ⁊ finē suū. ⁊ in fine suo se muniuit armis fidei: ꝯtritionis. cōionis ac aliorum sacramentorū ecclesie: vt securus abiret. Quā obrem credere possumus. ꝙ sit in vita eterna. ⁊ fruatur nuptijs spiritualibus cū illis virginib⁹. de quib⁹ dicit Matth. xxv. Que parate erāt intrauerunt cū eo ad n. velimus ⁊ nos carissimi continue stare parati. vt mereamur gustare de illis nuptijs vite eterne. amen. Sermo. xxix.

m Elior est

dies mortis. die natiuitatis. Eccle. vij. istud ṽbū qđ ꝓposui. ē sapiētis Salomōis. q dic. ꝙ melior est dies mortis die natiuitatis. ⁊ tñ oēs gaudēt i natiuitate. ⁊ dolent i morte. Uñ hoc ṽbū vr mirabile. ⁊ q̈si incredibile. ⁊ tamen in veritate est ita vt dicit salomō. oīs sapiā data est ei a deo ⁊ non ab homine ita ꝙ eius sapiā nunq̄ errauerit. si. n. dixero tibi ꝙ nix sit alba. ⁊ carbo ignis niger istud approbatione nō indiget: quia oculus hoc ꝓbat. ⁊ indicat. Itē si dixero tibi. ꝙ mel sit dulce. ⁊ fel amarū. hoc silr nō opȝ ꝓbare: q̄ gustus hoc ꝓbat. Sȝ qñ dico tibi. ꝙ melior ē dies mortis. d. n. non credis mihi: q̄ natulr omnes fugiūt mortē: ⁊ q̄runt vitā. Et tñ hoc ꝓbo. ⁊ ꝓbo sic. Melior ē finis. q̄ ea q̄ sunt ad finē. i. melior est res finita ꝑfecta q̄ illa que debēt ꝑfici. vt ait Salomō. Melior est finis oratiōis: q̄ ꝑncipium. ⁊ etiā ſm phūȝ. ij. physicorū. verbi gratia. Melior est colligere. seu metere. q̄ seminare: q̄ seminam⁹ ad hūc finē: vt colligam⁹. Et huius. Similiter est de morte ⁊ natiuitate hoīs. Homo enim nascit vt mereatur bonuȝ: siue malū: penā vel gloriā. Hoc autē homo in morte recipit siue bonū: siue malū: ſm illud. Apoc. xiiij. Opera enim illoꝝ. s. i. igitur patet ꝙ melior est. d. m. d. n. Et hoc ꝙ sit verum demonstratur per triplicem rationeȝ.

¶ Primo propter cōdicionis hominis incertitudineȝ.

¶ Secundo propter multorum periculorum ereptionem.

¶ Tertio propter eterne beatitudinis adeptionem.

¶ Dico primo. ꝙ melior est mors q̄ natiuitas. propter incertitudinē ꝯditionis humane. Qđ sic patet. Naȝ in natiuitate hominis. nescit qualis debeat eē hō: sȝ in morte scitur qualis fuerit. Ideo dr. Eccle. ij. Ne laudaueris hominem in vita sua. Si ergo nō debes laudare: vel magnificare hominem: nisi post mortem eius. ergo similiter non debes gaudere perfecte de natiuitate eius vel vita vel de aliquo statu eius. sed solum post mortem eius debes gaudere. Uidemus enim ꝙ nauta prudens: quandiu habet merces suas in mari: nū quā gaudet: nec securus existit: q̄ semper veretur ne fortuna repentina irruat: et omnia bona ⁊ etiā seipm demergat Sic est de nobis quandiu sumus in hoc ergastulo carnis subiecti sumus multis procellis: ⁊ tentationib⁹. Et ideo non debemus gaudere. Unde Lactantius li. iij. de institu. sic ad propositū ait. Hec aūt vita pñs btā esse nō pōt: quia malis subiecta est ꝑ corpus. Sed qñ ꝑsona morit: ad portuȝ perducit: ⁊ ad finem desideratum attingit. Exemplum habem⁹ in fructibus: Nam fructus q nascunt i testa: vt nux amigdala ⁊c. quandiu sunt in testa: non possunt laudari vel vituperari: q̄ nescit quales sint intus. boni: an mali: licet pondus sit signuȝ bonitatis: tñ aliqñ vermis est intus corrodens eos. ⁊ sic decipiunt mul-

tos. Sic quandiu hō est in testa cor/
poris: non vꝫ laudari: nec vituperari
quia nescit quādiu viuat: qualis sit
intus. Quod bene post mortē qualis
fuerit scitur. Et ideo melior est ⁊c.
¶ Secundo dico: ꝙ melior est ⁊c.
Propter euasionem multorum peri
culorum. Est eni dies natiuitatis ho
minis: ingressus ad oēs miserias et
ad oīa pericula huius mūdi. Dies au
tem mortis est egressus ab omnibus
illis. Quanta sint picula miserie: ca/
lamitates: angustie: ⁊ mala hui⁹ mū
di: quis sufficeret enarrare. Certe nul
lus. Et q2 qn̄ hō morit ab oib⁹ huius
modi malis liberat: iō poti⁹ gaudēdū
est de morte ꝙ̄ dolēdū. Vn̄ Aug. lib.
soliloqoꝝ. Quādiu miser iactabor i
fluctib⁹ mortalitatis clamans ad te
dn̄e ⁊ nō exaudies. Audi dn̄e clamo
rē meuꝫ de hoc mari magno: ⁊ educ
me ad portum felicitatis eterne. Feli
ces q de piculo huius maris educti:
ad te dn̄e portū tutissimū puenire po
tuerunt. O vere felices qui de pelago
ad littus de exilio ad patriam: de car/
cere ad palatium: peruenire merue/
runt. O vere beati qui omniū maloꝝ
exuti sarcina: securi iaꝫ de sua immar
cessibili gloria ad regnum decoris p
uenire meruerunt: hec ille. Melior
ergo est dies ⁊c. ¶ Tertio dico ꝙ me
lior ⁊c. Propter acquisitionem eter
ne beatitudinis. Quuꝫ enim eterna
beatitudo nō possit haberi: nisi mor
te mediante: ideo mors nō ē fugien/
da: sed amplectenda: ⁊ desideranda
quemadmodum faciebat Aposto//
lus. phi. xii. d. Cupio dissolui ⁊c. Dic
⁊ Seneca: Stultissimum est timere:
ꝙ non possis vitare. Et ideo indubi/
tanter ꝼm fidem nostram: omnis q
bene moritur: ad celum vadit cum
xp̄o ad regnādū i ppetuū. Figura hu/
ius habetur. i. Macha. i. Vbi dr: ꝙ
pueri Alexandri regis magni: impo
suerunt sibi omnes diademata post
mortem: ⁊ filij eoꝝ post eos. Ex hoc
eniꝫ datur intelligi: ꝙ hō filius regis
eterni non potest coronari: nisi post
mortem. Et quia iste amicus noster
N. qui nup defunctus est: vt bene no
stis: bene ⁊ virtuose vixit. ⁊ bn̄ mor/
tuus est: indubitanter credere debe/
mus. ꝙ anima eius in pace requiescit.
et viuit cum christo in gloria. Ad
quam ⁊c. Sermo. xxxij.

v Eni in
hortū meū soror mea spōsa. Cāticoꝝ
. ij. Quū oīs artifex opus suū firmet
⁊ stabiliat (vt pꝫ per experientiam)
mirabile profecto videt quū deus sit
pfectū agens: ꝙ creaturā suam: quaꝫ
fecit nobilissimā. s. naturā humanaꝫ
sic deficere ⁊ mori permittat. Et de
hoc forte apud multos est admira//
tio grandis. Ad hoc dicenduꝫ est. ꝙ
deus hoc permittit euenire ex diuina
prouidentia. Reperio enim ꝙ diuina
prouidentia permittit hominez mo
ri ⁊ deficere. Triplici ratione.
¶ Primo propter tranquillitatem.
¶ Secundo propter felicitatem.
¶ Tertio propter sacietatem.
¶ Dico primo ꝙ deus permittit ho/
minem deficere ⁊ mori propter trā/
quillitatem: q2 per morteꝫ ducimur
ad perfectam tranquillitatem. Dici
tur enim Job. vij. Militia ē vita ho/
minis super terram. Et bene. Nā con
tinue sumus in assidua pugna. ⁊ im
pugnamur. Sunt enim in homine
quattuor qualitates que nunquam
cessant impugnare homineꝫ. Humi
dum pugnat contra siccum calid uꝫ
contra frigidum. ⁊ ecōtrario. Et qn̄
vnū istoꝝ supat ab altero corrūpit.
⁊ generatur mors corporalis vt di/
cunt Medici. Impugnamur. ij. a sen
sibus: quia mors intrauit per fene//
stras. s. per sensus nostros. Impugna

mur. Ab exteriorib⁹: q̃ꝛ a vaporibus
corpus īficit̃. a delectationib⁹ decipi/
mur. a demonib⁹ seducimur. Nã dicit
Apo. ephe. 6. Nõ est vobis collucta/
tio ꝛ pugna aduersus carnē ꝛ sangui
nē tm̃. ſꝫ aduersus mūdi rectores ꝛ
ꝑncipes tenebraꝝ haꝝ. i. demões. Uñ
B. mūd⁹ caro d̃mõia. d. m. p. ſꝫ p mõ
tē ab his oibus liberamur. iuxta illd̃.
ps. 42 saluasti. n. nos d̃ affligētib⁹ nos
ꝛ odiētes nos ꝯfudisti: ꝛ post ad pfe
ctam trãqllitatē ducimur. vt d̃r Tho
bie. 3. Post tēpestatē trãqllū facis. Et
ps. xly. In pace in idipsum ꝛ alibi ps
75. In pace fact⁹ est locus ei⁹. Proba
tur ēt hec ꝑma conclusio. ꝛ alia rõne.
Dicit enim phūs ꝑmo phoꝝ q̃ nulla
res põt qetari. nisi in ꝓprio loco. Exē
plum. Nauis nõ põt qetari nisi in por
tu ꝛ sagitta nisi in signo: ꝛ grauia ni
si deorsum: ꝛ leuia nisi sursuꝫ. Bonū
ꝛ eni nõ põt qescere i alio: nisi in deo
intra sniam Aug. Fecisti nos dñe ꝛ
ingetū est cor nostrū: donec reuertat̃
ad te. Et rõ quare res extra ꝓpriũ
locū nõ qescit. ē q̃ꝛ corrūpit̃ ꝛ putre/
scit. In ꝓprio aūt loco cõseruat̃. Exē
plū de aqua in fonte: ꝛ plãta in terra
ꝛ de pisce i aqua ꝛ huiusmodi. Si. n.
plãta euellat̃ cito arescit. Et rõ est ſm
phm. ꝑmo phoꝝ: q̃ꝛ loc⁹ est ꝯseruati/
uus locati. Jõ sapiēs Medic⁹ mittit i
firmos ad locū: vbi fuerãt oriundi.
Quū igit̃ nos sim⁹ subiecti multis in
firmitatib⁹. pꝫ q̃ nõ sum⁹ in ꝓprio lo/
co: q̃ꝛ vt dictū est loc⁹ est ꝯ. l. Loc⁹ aūt
nr̃ est in celo: vbi nulla erit corruptõ
nulla ifirmitas. Ad celū ṽo nõ possu
mus ꝑuenire: nisi p mortē. Ergo diui
na ꝓuidētia dimittit hoiem mori: vt
ꝑuēiat ad celū. vbi ē imēsa trãqllitas
¶ Scđa rõ de⁹ q̃re ꝛc. Est q̃ꝛ p mortē
ducimur ad supnã felicitatē. Quoni
q̃ꝫ. n. i hoc mūdo sum⁹ ꝑegrini sum⁹
vt dicit Apo. heb. 13. Nõ hēm⁹ hic ma
nētē ciuitatē: sed futurã inq̃rim⁹. Jõ
sanct⁹ ille ꝓpheta Dauid ad hanc pa/
triã venire desiderabat: cogitãs suam
ꝑegrinationē dicebat ps. 119. Hei mi
hi q̃ꝛ icolat⁹. m. p. e. Ab hac. n. ꝑegri/
natione solū p mortē liberamur. Si
ṽo in gr̃a morimur ꝑducimur ad il/
lam felicitatē supnã. Exemplū de la/
zaro: vt dꝛ luce. 16. Factū est vt more
ret̃ mēdicus: ꝛ portaret̃ ab angelis ĩ
sinū habrahe. i. ad eternã felicitatē: ꝛ
gloriã. Jtē exēplū d̃ beato Dñico. Cu
ius sãctissima aĩa: imediate post mor
tem visa est deferri ab angelis in celū
p scalas candidissimas: ꝛ i sūmitate
scalaꝝ xp̃s ꝛ btã ṽgo eū gratiose expe
ctantes. ꝛ felicitatē ꝑpetuã ei ꝯferen
tes. ¶ Tertia rõ: quare de⁹ ꝑmittit ho
minē mori ē ꝓpter facietatē. ad quã
nos ꝑducat. Quis. n. artifex sapiens
faceret vas aliquod qđ nõ posset vel
deberet ipleri. Certe nullus sic de⁹ quū
creauerit aiam humanã tãte capaci/
tatis ꝛ ṽtutis que posset deū in se reci/
pere. ꝛ deus posset i ea habitare: vt di/
cit ꝓpheta. Aĩa iusti. sedes est dei: que
de nulla creatura potest ipleri: credis
ipsum hãc frustra ꝛ stulte fecisse. Cer
te non. sed vt de ipso deo impleatur.
Solus enim deus aiam nostrã põt sa
tiare ꝛ implere: vt dicit Aug. Aiam
hois capacē visionis diuine: nil potest
implere ꝑter deū. Quū igit̃ nulluꝫ sit
in natura qđ possit animã satiare: q̃a
quãto plus hꝫ: tãto plus desiderat vt
ipsa veritas dicit. Jo. 4. Qui biberit
ex aqua hac sitiet iterum. Ad diuinã
ergo ꝓuidentiam ꝑtinet: eam imple/
re bonis eternis. Sed ad talia bona
non possumus ꝑuenire: nisi per mor/
tem. Ergo o anima christiana nõ mi
reris si deus permittit nos mori corpo
raliter: quia hoc facit vt ad eternam
vitam nos perducat. Non ergo debe/
mus dolere de morte charissimi no/
stri. N. quia ex hac militia ad trangl/
litatem eternam: ex hac ꝑegrinatio/
ne ad beatam patriam. Et demum ex
hac inopia ad facietatem desiderabi/

lem. A pmo ergo ad vltimum vocat oipotēs dñs animā ad eterna gaudia dicēs. Ueni in hortū meū soror mea sponsa. Ad que etiam nos vocare dignet qui viuit.

¶ Sermo. xxxj.

m Elior ē dies mortis die natiuitatis Eccle. vij. Istud est valde mirabile: qđ sapiēs i v̄bis ppositis ait: q̄ sit melior dies mortis q̄ natiuitatis: cum mors: vt dr̄. iij. Ethy. sit vltimum terribilium: ⁊ oēs eam detestant. ⁊ fugiunt ⁊ tn̄ dicit Salomon q̄ melior est dies ⁊c. quā natiuitatē oēs optāt Sed si bene aspicimus verba pposita habēt v̄itatē. Que pbat triplici rōne.

¶ Primo pp̄ter apparentiam diuine claritatis.

¶ Secundo pp̄ter beatitudinem humane felicitatis.

¶ Tertio propter confidentiam perfecte securitatis.

¶ Dico pmo q̄ est melior mors die natiuitatis: pp̄ter apparentiā diuine claritatis. Quia mors seqt claritatē. claritas btitudinē. beatitudo felicitatē: ⁊ felicitas securitatē. Ex hoc ergo pbat: q̄ mors ē optia: q̄r. id est bonū qđ fac̄ bonū: s3 mors fac̄ bonū q̄r fac̄ vidē deū: q ē optim⁹: ⁊ melior oib⁹ bonis: ⁊ in cuius visione solū regescit appetitus humanus: q̄r qui videt deū recipit in se deum: q̄r res visa recipit intus a vidēte. sicut lux recipitur ab oculo s̄m suam essentiā. Dicit enim phūs. libro de sensu ⁊ sensato. q̄ nos videmus int⁹ suscipientes. Unde qui videt deū: videt oē bonū. iuxta illud. Ostendā tibi omne bonū. Et ideo in hoc solū appetit⁹ saciat: ⁊ qetat: q̄r n̄ pōt plus appetere. sicut nec visus corporalis pōt clarius videre: q̄ lumen lucis. Et hoc est qđ querebat philippus. d. Dñe ostende. n. p. ⁊. s. n. quasi diceret qcqd aliđ dares nō sufficeret Et pp̄ter vitā impedimur ab ista visione: q̄r ait deus moysi. Non videbit me hō ⁊ viuet. Sed qs posset dicere: q̄ aliqui vidētes deū vixerūt per eēntiam. sicut Moyses: ⁊ Paulus. Rñdet tho. pma par. q. xij. ar. xij. dicēs: q̄ sic deus miraculose ⁊ supnaturalr qcq̄ operat: reb⁹ corporeis. ita ēt supnaturalr ⁊ p̄ter cōem ordinē: mētes aliquo⁊ in hac carne viuentiū. s3 nō sensib⁹ carnis vtētiū. vsq3 ad visionē sue essentie eleuauit. iuxta Aug. sniā3 Nemo per essentiā. deū pōt videre. nisi ab hac vita quodāmodo moriat. etiā oino exiēs de corpore siue alienatus a sensib⁹ corpis. vn̄ ps. 141. Educ de. c. a. meā. ¶ Scđo pp̄ter beatitudinem humane felicitatis. Melior est mors q̄ natiuitas. quia viuētes vita mortali. nō possunt esse felices. l3 qdam errātes in diuersis reb⁹ posuerūt felicitatē. sicut in diuitijs i pecunia ⁊ similib⁹ quia s̄m opinionē taliū. beatus est qui habet qcqd vult. Itē qda3 posuerūt in honorib⁹. qdam in voluptatib⁹: quidā i diuitijs que oēs opiniones sunt false. In diuitijs nō pōt esse felicitas. quia etsi per eas possint haberi bona corporalia. non tn̄ spiritualia. Itē nō cōsistit in honorib⁹. q̄r felicitas ↄsistit in felice tanq̄ summū bonū ipsius. Sed honor magis cōsistit in honorante q̄ in honorato. vt ait phūs pmo Ethy. lectione. 5. c. 5. Itē nec in voluptatibus nec in alijs bonis corporis. q̄a s̄m bona corporis hō a multis aialib⁹ superat. puta ab elephante in diuturnitate a leone in fortitudine. ab aquila in visu. ergo i hac vita nullus potest esse beatus. q̄r in nulla re temporali consistit felicitas. sed tantū in visione diuina. iuxta illud. Jo. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscāt te veru3 deum. Sed ad hanc visionem in qua consistit beati

tudo siue vita eterna. non possumus peruenire. nisi per mortez. et sic mors est melior vita. quia per eam cōsequimur vitā beataz. ꝙ non facimus per vitam temporalē. quātum ad actum &c. ergo melior. ¶ Tertio ꝓpter cōfidentiam perfecte securitatis. lz eniz in hac vita possimus affluere multis bonis, tamen in possessione eoꝝ non sumus securi. et hoc patet quātuz ad spūalia bona et temporalia. De temporalibus bonis apparet ad oculum. Nam diuitie. voluptates honores. semper non possidenł ab hoie. imo que habet hodie oportet ea dimittere. vel in vita vt multi faciunt. vel in morte saltem. et quādo credūt in eis delectari. tūc eis subtrahunł. Exemplum luce. xij. de illo qui dicebat anime sue. Anima mea habes multa bona &c. De spiritualibus bonis etiam patet. quia nemo dum viuit est securus de sua salute. Nota hoc exemplū ꝙ cignus quādo vult mori cantat. Leo vero. quia vixit de rapina. plorat Sic iusti qui simpliciter et innocenter vixerūt gaudēt de morte. quia vadunt ad premium bonoꝝ. Sed mali qui male vixerunt plorant. quia currunt ad supplicium damnatorum. sicut ipse saluator ait. Ibunt hi scilz mali in supplicium eternum. iusti autem in vitam eternam.

¶ Sermo. xxxij

Upio dissolui. et esse cū Christo. Phi. primo. quum opus nature non sit opus intelligentie: ideo semp est rectum: et semper tēdit ad illud quod est bonum: nisi ex defectu alicuius impediatur pncipij. Et ideo homo: qui est opus nature: et habet perfecte operationem intelligibilem: nō appetit mortem: eo ꝙ mors: hz destruere. Si tamē mors cōsideref rōne vtilitatis inuenief vtilis: et ꝑ ɔñs poterit appeti et maxime propter tres vtilitates quas facit.

¶ Primo qz liberat hoiem a mundo
¶ Scdo qz liberat hoiem a peccatis
¶ Tertio quia liberat hominem a prauo consortio.

¶ Dico pmo ꝙ mors appetenda est quia liberat hominē a mundo: q nos quotidie decipit: eo ꝙ modo in infirmitate: modo in sanitate: modo in aduersis. modo in ꝓsperis ponit: et sicut mutatur mundus: sic mutantur ea que sunt in mūdo. Nam in mūdo mutanł qualitates elemētoꝝ de frigido in calidum: de sicco in humidum et ecōtra. Item qualitates et ɔditiōes hominū mutantur: qz homo existens in mūdo: semꝑ est in rota fortune vt ait Boeti⁹ de cōso. Quum ergo mundus iste sit variabilis de bono in malum merito est cōtēnendus. Exēpluz de quodam: qui posit⁹ in extremis vidit sua palatia et dixit. O domine deus ꝙ ɔtēnēdus est iste mūdus. Ecce ego q hēo tot palatia: nō possum hospitari in eis: et nescio quo hac nocte ire debeā: et hospitari: sz ab hoc mūdo: et ei⁹ fallacijs hō liberał p mortē. Nam post mortē hō nō erit variabilis: sicut mō est: qz si ibit sine gfa nō poterit reuocari ad ipsam. Si vō cum gfa ibit nec illam aliqñ ammittet. ¶ Scdo mors est vtilis: qz liberat hoiem a peccato. Quādiu enim anima est ɔiuncta corpori hz volūtatē variabilem: et ad bonum et ad maluz. Nō est qsꝙ in carne manēs: qui ex toto absolui possit a peccato: nisi per gratiā spālem Sicut de beata vgine. Et ratio huius est: qz licet volūtas non possit cogi a carne ad peccandū: tñ inclinał ab ea. ꝓpter imminentes passiones suas: quas homo patitur a corpore: et ideo quodāmodo impellił ad maluz. Iō Aposto. hoc sentiens. Ro. vij. ait. In

felix ergo quis me liberabit a corpore
mortis huius. Et ideo ꝓpter talē im
pulsum nullus est qui possit dicere se
esse sine peccato. vnde ꝑme. Jo. ꝑmo
Si dixerimus ⁊c. Per mortē.n. ab
hoc pctō hō liberaē: qꝛ si hō sine pecca
to decedit: ita firmaē in bono ꝙ nō po
test amplius: subijci malo. vt dicitur
Eccī.14. Firmabiē in illo: ⁊ non fle-
cteē. Patet ergo quō mors a pctō li-
berat. Jdeo vtilis: bona ⁊ appetēda ē
¶ Tertio mors est vtilis: qꝛ liberat a
prauo ꝯsortio. Jnter alia enim mala
que nostrā salutē impediūt est maluꝫ
ꝯsortiū. Vñ cuidā scō pꝛi q̄rēti viam
salutis. rñsum est ei de celo. Fuge ho-
mines ⁊ saluaberis. Rō huiꝰ est. quia
sicut elemēta nō corrūpunē a se sed a
suis qualitatibꝰ: sicut terra ab aqua
humectatur: que naturaľr est sicca. ⁊
aer īfrigidaē ab aqua: ⁊ inflāmaē ab
igne: ita hō a prauo ꝯsortio īficitur.
Unus eni malus hō: totā ciuitatē in-
ficit. Morbida facta pecus totū cor-
rumpit ouile. Et Juuenale teste. Una
ꝗ ꝯspecta liuorem ducit ab vua saty
ra.ij. Modicū fermēti totā massam
corrūpit. Corrumpūtqꝫ bonos mores
colloqa mala. Unus malus humor
in corpore totū corpus corrūpit. Pro
pterea dicit Aug. in regula esse eijciē
dos de monasterio: ne cōtagione pe-
stifera plurimos perdant. Et ideo di
ligēter dꝫ hō ab huiusmodi: se custo-
dire: qꝛ qui tāgit picē ingnabiē ab ea
Eccī.xij. Sed ab hoc liberaē homo ꝑ
mortē. ⁊ de ꝯsortio malignoꝝ tran-
sit ad ꝯsortiū beatoꝝ āgeloꝝ. Quia
enim charissimꝰ noster. N. timuit ne
in aliquo offenderet deū: dum viue-
ret studuit ⁊ a peccato: ⁊ a mundo: ⁊
a prauo consortio quantum fuit pos
sibile se subtrahere: credendum est:
ꝙ sit in numero sanctorum sociatus
in eterna patria ad quam.

¶ Sermo. ad pueros. xxxiij.

i

Ste puer

magnus coram dño. Luce ꝑ-
mo. Puer iste: qui modo mortuus ē
magnus est ante ꝯspectuꝫ diuinum.
Rō eiꝰ magnitudīs: ⁊ glīe est: qꝛ ma-
nus dñi est cum illo. vt dī luce ꝑmo
manus. s. misericordie. qꝛ deꝰ eripuit
eū de tenebroso mūdo hoc. sꝫ multis
nō sic vꝫ: imo admiraē dicētes. Erat
vnus nobilis ⁊ potēs: hñs vnū filiuꝫ
sibi dilectū: virtuosum circūdatūqꝫ
prudentia eleuatūqꝫ ingenio: ⁊ tñ deꝰ
subito eū rapuit. Et quare nō cōser-
uauit eū in ꝯsolatōe patris sui. O stul
ti ⁊ terrena tm̄ sapiētes: ostēdā vobis
ꝙ nō immerito deus voluit eū ita tener
rimū ad se venire triplici ratione.
¶ Prima est ꝑꝑ aīe pulchritudineꝫ.
¶ Scđa ē ꝓpter parētū punitudineꝫ
¶ Tertia ē ꝓpter p̄adisi retributionē
¶ Prima ergo cā: quare deus voluit
hunc tenerrimuꝫ filium vocare ad se
est ꝓpter anime pulchritudinem. Ne
enim maculent animas suas in imū
dicijs pctōꝝ. deus vocat pueros ad se
sicut testatur scriptura. Gen̄.ij. Deus
creauit hominem ad. y. ⁊. s. suam. s.
ꝭm animam claram: albam ⁊ carē-
tem omni imūditia. Hoc quoqꝫ Ari.
confitetur. 3. de anima. d. Aīa ē sicut
tabula rasa in qua nihil est pictuꝫ po
test tamen depingi. Jtaqꝫ anima est
sicut charta alba in principio: ⁊ ibi
scribuntur peccata in processu tempo
ris. ⁊ bone etiā operationes. Ne ergo
tanta pulchritudo anime eius ingna
retur: per cōmissioneꝫ pctōꝝ voluit in
sua nūc puritate deꝰ euocare. Mani-
festum est.n. ꝙ hic sine peccatis non
possumus viuere: qꝛ septies in die ca
dit iustus. Et si qs sine mortalibꝰ vi-
uit rarus inuenitur: nigroqꝫ simillī-
mus cigno: ⁊ cū maximo labore hoc
pōt facere. ⁊ est de illis de qbus Hie-

re dicit. Cecidim⁹ quaſi foliũ vniuerſi. Hoc etiá experiétia docet: qꝛ de mille vn⁹ nó vadit ſine pctó mortali. Jó vt puer iſte i ſua puritate ꝯſuaref: eũ vocauit. Et hoc é illõ ꝙ dr̃. Prouer. vj. Rapt⁹ eſt ne malicia mutaret itellectũ eius. Prima ergo cá quare dñs tulerit eũ aptiſſime patuit.

¶ Scða cá eſt ad punitioné parentũ. Sũt eniꝫ aliq̃ qui ita inordinate diligunt filios ꝙ nó vereñf multa mala ꝑpetrare. pctá cómittere: vſuras facere fraudes dolos iſinitaqꝫ ſcelera admittere vt filios ditét. honorent. magnificent. ⁊ alta palatia eis edificent. Et citius eligunt ſuppliciũ eternũ: vt placeát filijs. Uñ Perſi⁹. O curas hominũ: o quantũ eſt in reb⁹ inane. De hoc ét habem⁹. ij. Re. xij. de Dauid q̃ habuit filiuꝫ ex Berſabee ex adulterio: ⁊ pctm̃ volés deus punire filium ſibi dilectũ occidit. Ut aũt iſta cá dánatiõis eoꝝ amoueaf: ⁊ pctm̃ quod comiſſerũt ꝓpter filios puniaf iuſto iudicio dei: filij eorum moriuntur.

¶ Tertia cá ſubtractionis pueroꝝ é vt eis paradiſi apperiat portas: ⁊ in thronũ eterne glorie eleuenf. Taliuꝫ eniꝫ vt hr̃ Math. xix. eſt regnuꝫ glorie celoꝝ. Si eniꝫ ſcirem⁹ quá dignitaté acquirant pueri baptizati: i morte gauderem⁹ multũ. Nam ſi q̃s haberet filiũ ⁊ ſciret illum factũ eſſe in alia patria magnũ dñm. Regem Jmperatoré. ducé vel principé: nó certiſſime fleret. imo poti⁹ gauderet. Quáto magis de pueris morientib⁹ inocétibus debet letari: qꝛ ipſo fctó aſſumunf i palatiũ vite eterne: ad ſeruiédum regi regũ cui ſeruire regnare é: quib⁹ continuo dñs dicit. ⁊ hr̃ Luc. xviij. Cito ꝓferte ſtolá primá: ⁊ induite illos. Et Jſa. lj. Leticia ſempiterna ſup capita eoꝝ: gaudiuꝫ ⁊ leticiam obtinebũt: ⁊ fugiet ab eis dolor ⁊ gemitus. ⁊. ij. Mach. x. Felix dies in q̃ reuerſus es in terrá patrũ ſuoꝝ: ⁊ ſediſti in ſede regni eoꝝ. His ergo tribus cauſis paruulos vocat deus: de mundo ad gaudia vite eterne.

Sermo. xxxiiij.

m **Ortuus** eſt ſenex: ⁊ plenus dierum Geñ. 35. Hec verba formaliter dicta ſũt de Patriarcha. Jſaac tñ tráſumptiue in iſto defuncto videm⁹ eſſe cópleta: qꝛ ⁊ ſenex obijt ⁊ plenus dieꝝ. Hec eniꝫ duo ſolent hoies deſiderare. ſ. diu viuere: ⁊ filios ſuperſtites relinquere. Jn hac aũt auctoritate duo ſunt cóſideráda. Primũ qꝛ dicit de viro iuſto q̃ mortuus eſt ſenex. Scðm eſt qꝛ dicit plen⁹ dieꝝ. Diſcurrendo ꝑ ſcripturá ſacrá: ⁊ per alioꝝ doctoꝝ libros inuenio: ꝙ qui moriunf ſunt i quadruplici ſtatu ⁊ differentia.

¶ Quidá ſũt ſenes ſꝫ nó pleni dierũ.

¶ Quidá pleni dieꝝ ſed non ſenes.

¶ Quidá nec ſenes nec pleni dierũ.

¶ Quidá ⁊ ſenes ⁊ pleni dierum.

¶ Dico primo ꝙ quidá moriunf ſenes: ſed nó pleni dieꝝ. Jſti ſunt qui dies ſuos hñt vacuos: ⁊ ſine fructu. Jn ꝑſona taliũ dr̃ Job. vij. Ego habui menſes vacuos. Dicũt expoſitores morales ꝙ dies vacui dicuntur: i quib⁹ hõ nó operaf quicq̃: ad ſaluté ſuá pertinés. De Tito aũt Jmꝑatore dicif: ꝙ quũ ſemel ſederet ad menſá ⁊ veniſſet in eius menté ꝙ illo die nihil ſtrenuũ ac méorabile egiſſet: menſam reliq̃t ⁊ cũ gemitu ⁊ dolore exclamádo dixit. O amici mei dié iſtuꝫ perdidi. Cogitate o chariſſimi mei: ſi iſte gentilis: tantuꝫ doluit de amiſſione vni⁹ diei: q̃tuꝫ debét dolere xp̃iani: ⁊ nũq̃ ceſſare die noctuqꝫ a bono ope: ⁊ ꝓcipue quñ cognoſcant ꝙ capilius de capite eoꝝ non peribit: nec momentũ tpis quin de oibus rõneꝫ reddant in die iudicij. Uñ Ber. ait.

